

Eduqas Latin GCSE

Prescribed material for Component 2: Latin Literature and Sources (Themes)

Theme B: Come Dine with Me

This is the official prescribed material for the Eduqas Latin GCSE (2027-2029)

Theme B: Come Dine with Me!

Candidates are expected to be familiar with the following aspects of the theme:

- the kind of foods eaten in wealthy households and in poorer households.
- the importance of hospitality
- food as a way to display wealth and power

Candidates will be expected to answer questions on the following texts:

AULUS GELLIUS	Roman Thrift	<i>Attic Nights</i> 2.24
JUVENAL	An Old-Fashioned Meal	<i>Satire</i> 11 64-80
MARTIAL	A Change of Status is Not Acknowledged	<i>Epigrams</i> 3.60
OVID	A Gruesome Taste Test Goes Wrong	<i>Metamorphoses</i> 1. 221-232, 236-239
OVID	Good Hospitality	<i>Metamorphoses</i> 8. 664-688
PETRONIUS	A Host Displays His Wealth	<i>Cena Trimalchionis</i> 31-34 (adapted)
PLINY	How Not to Treat Your Guests	<i>Letters</i> 2.6
SENECA	A Meal for the Lampreys	<i>de Clementia</i> 1.18

Candidates should also study the picture sources, one or more of which will be used as a basis for questions in each question paper.

Eduqas has prepared a Resource Booklet containing the prescribed pictures and texts, together with a list giving the meanings of all the Latin vocabulary used in the texts. To assist with preparation for the examination, this booklet is available to be downloaded from the Eduqas website. In the examination itself a copy of the Booklet (omitting the captions to the pictures) will be provided to each candidate.

Component 2

Section B

Come, Dine with Me!



Picture 1: Fresco showing meal preparation. Two men prepare the carcass of a small calf or fawn. To the right is a large silver vessel with handles in the shape of goats' heads. Placed on a pillar to the left is a silver tray with garlic and other foodstuffs. A large wooden bowl rests on the floor. This sort of scene from everyday life is rarely found in villa decoration. The fresco may have adorned a tavern rather than a home. Roman, ca. 1-79 AD (probably from one of the Vesuvian towns).



Picture 2: decorated bronze Roman food warmer, raised so a fire can be lit below. 1st cent AD Pompeii.
Picture credit: Sarah Thomason, Hellene School Travel.



Picture 3: Garum, picture from the villa of Aulus Umbricius Scaurus, Pompeii: G(ari) F(los) SCOM(bri) SCAURI EX OFFI(ci)NA SCAURI.
Picture credit: James Heath



Picture 4: Fresco from the Praedia of Julia Felix, Pompeii showing a glass bowl of apples, grapes and pomegranates, a jar of wine and a jar of raisins.

Picture credit: James Heath



Picture 5: Diners at a Roman banquet with slave-boy in attendance, House of the Triclinium, Pompeii.

Picture credit: James Heath



Picture 6: A politician distributes bread to townsfolk, Pompeii, c.AD 79. Picture credit: James Heath

AULUS GELLIUS, *Attic Nights* 2.24
Roman Thrift.

parsimonia apud veteres Romanos et victus atque cenarum
tenuitas non domestica solum observatione ac disciplina, sed
publica quoque animadversione legumque complurium
sanctionibus custodita est. lex Licinia nuptiis impendii ducenos
aeris indulsit ceterisque diebus statuit tricenos; cum et carnis 5
aridae et salsamenti certa pondera in singulos dies constituisset,
quidquid esset natum e terra, vite, arbore, promisce atque
indefinite largita est. postremo erat lex Iulia Caesare Augusto
imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur,
Kalendis, Idibus, Nonis et aliis quibusdam festis tricenti, nuptiis 10
autem et repotiis sestertii mille. dicitur aliam legem esse qua per
dierum varias sollemnitates sumptus cenarum propagatus est,
ut his saltem finibus luxuriae effervescentis aestus coaceretur.

JUVENAL, *Satire* 11 64-80
An Old-Fashioned Meal.

fercula nunc audi nullis ornata macellis.
de Tiburtino veniet pinguissimus agro
haedulus et toto grege mollior, inscius herbae
necdum ausus virgas humiles mordere salicti,
qui plus lactis habet quam sanguinis; et montani 5
asparagi, posito quos legit vilica fuso;
grandia praeterea tortoque calentia faeno
ova adsunt ipsis cum matribus, et servatae
parte anni quales fuerant in vitibus uvae,
Signinum Syriumque pirum, de corbis isdem 10
aemula Picenis et odoris mala recentis
nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
autumnum et crudi posuere pericula suci.
haec olim nostri iam luxuriosa senatus
cena fuit; Curius parvo quae legerat horto 15
ipse focus brevibus ponebat holuscula, quae nunc
squalidus in magna fastidit compede fossor.

Martial, *Epigrams* 3.60

A Change of Status is Not Acknowledged.

cum vocer ad cenam non iam venalis ut ante,
cur mihi non eadem, quae tibi, cena datur?
ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino,
sugitur inciso mitulus ore mihi:
sunt tibi boleti, fungos ego sumo suillos: 5
res tibi cum rhombo est, at mihi cum sparulo:
aureus immodicis turtur te clunibus implet,
ponitur in cavea mortua pica mihi.
cur sine te ceno, cum tecum, Pontice, cenem?
sportula quod non est, prosit: edamus idem. 10

Ovid, *Metamorphoses* 1 221-232, 236-239

A Gruesome Taste Test Goes Wrong.

Lycaon,
mox ait "experiar deus hic, discrimine aperto,
an sit mortalis nec erit dubitabile verum."
nocte gravem somno necopina perdere morte
me parat: haec illi placet experientia veri. 5
nec contentus eo est: missi de gente Molossa
obsidis unius iugulum mucrone resolvit,
atque ita semineces partim ferventibus artus
mollit aquis, partim subiecto torruit igni.
quos simul imposuit mensis, ego vindice flamma 10
in domino dignos everti tecta Penates.
territus ipse fugit nactusque silentia ruris.
in villos abeunt vestes, in crura lacerti:
fit lupus et veteris servat vestigia formae.
canities eadem est, eadem violentia vultus, 15
idem oculi lucent, eadem feritatis imago est.

Ovid, *Metamorphoses* 8 664-688

Good Hospitality.

ponitur hic bicolor sinceræ baca Minervæ
conditaque in liquida corna autumnalia faece
intibaque et radix et lactis massa coacti
ovaque non acri leviter versata favilla,
omnia fictilibus. post haec caelatus eodem 5
sistitur argento crater fabricataque fago
pocula, quae cava sunt, flaventibus illita ceris.
parva mora est, epulasque foci misere calentes,
nec longae rursus referuntur vina senectæ
dantque locum mensis paulum seducta secundis. 10

hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis
 prunaque et in patulis redolentia mala canistris
 et de purpureis collectae vitibus uvae.
 candidus in medio favus est. super omnia vultus
 accessere boni nec iners pauperque voluntas. **15**
 interea totiens haustum cratera repleti
 sponte sua per seque vident succrescere vina:
 attoniti novitate pavent manibusque supinis
 concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon **20**
 et veniam dapibus nullisque paratibus orant.
 unicus anser erat, minimae custodia villae:
 quem dis hospitibus domini mactare parabant.
 ille celer penna tardos aetate fatigat
 eluditque diu tandemque est visus ad ipsos
 confugisse deos. superi vetuere necari. **25**

Petronius, *cena Trimalchionis* 31-34 (adapted)
A Host Displays His Wealth.

allata est tamen gustatio valde lauta; nam iam omnes
 discubuerant praeter ipsum Trimalchionem, cui locus novo more
 primus servabatur. ceterum in promulsidari asellus erat
 Corinthius cum bisaccio positus, qui habebat olivas in altera **5**
 parte albas, in altera nigras. tegebant asellum duae lances, in
 quarum marginibus nomen Trimalchionis inscriptum erat et
 argenti pondus. ponticuli etiam ferruminati sustinebant glires
 melle ac papavere sparsos. fuerunt et tomacula super craticulam
 argenteam ferventia posita, et infra craticulam Syriaca pruna **10**
 cum granis Punici mali. in his eramus lautitiis, cum ipse
 Trimalchio ad symphoniam allatus est positusque inter cervicalia
 minutissima expressit imprudentibus risum. pallio enim coccineo
 adrasum excluserat caput circaque oneratas veste cervices
 laticlaviam immiserat mappam fimbriis hinc atque illinc **15**
 pendentibus. 'amici' inquit 'nondum mihi suave erat in triclinium
 venire, sed permittetis me tamen lusum finire?' sequebatur puer
 cum tabula terebinthina et crystallinis tesseris; pro calculis albis
 ac nigris aureos argenteosque habebat denarios. gustantibus
 adhuc nobis repositorium allatum est cum corbe, in quo gallina **20**
 erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent quae
 incubant ova. accesserunt continuo duo servi et symphonia
 strepente scrutari paleam coeperunt erutaque subinde pavonina
 ova diviserunt convivis. iam statim allatae sunt amphorae vitreae
 diligenter gypsatae, affixae cum hoc titulo: 'Falernum **25**
 Opimianum annorum centum.' dum titulos perlegimus, clamavit
 Trimalchio 'heri vinum non tam bonum posui, et multo
 honestiores cenabant.'

Pliny *Letters* 2.6
How Not to Treat Your Guests.

longum est altius repetere nec refert, quemadmodum acciderit,
 ut homo minime familiaris cenarem apud quendam, ut sibi
 videbatur, lautum et diligentem, ut mihi, sordidum simul et

sumptuosum. nam sibi et paucis opima quaedam, ceteris vilia et
 minuta ponebat. vinum etiam parvolis lagunculis in tria genera **5**
 discripserat, non ut potestas eligendi, sed ne ius esset
 recusandi, aliud sibi et nobis, aliud minoribus amicis (nam
 gradatim amicos habet), aliud suis nostrisque libertis.
 animadvertit qui mihi proximus recumbebat, et an probarem
 interrogavit. negavi. 'tu ergo' inquit 'quam consuetudinem **10**
 sequeris?' 'eadem omnibus pono; ad cenam enim, non ad notam
 invito cunctisque rebus exaequo, quos mensa et toro aequavi.'
 'etiamne liberos?' 'etiam; convictores enim tunc, non liberos
 puto.' et ille: 'magno tibi constat.' 'minime.' 'qui fieri potest?' 'quia **15**
 scilicet liberti mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod
 liberti.' memento nihil magis esse vitandum quam istam luxuriae
 et sordium novam societatem; quae cum sint turpissima discreta
 ac separata, turpius iunguntur. vale.

Seneca de Clementia 1.18

A Meal for the Lampreys.

quis non Vedium Pollionem peius oderat quam servi sui? quod
 iste muraenas sanguine humano saginabat et eos, qui se aliquid
 offenderant, in vivarium, quid aliud quam serpentium, abici
 iubebat? O hominem mille mortibus dignum, sive devorandos
 servos obiciebat muraenis, quas esurus erat, sive in hoc tantum **5**
 illas alebat, ut sic aleret.